

No. 398. 1228. 23. Apr.

Bruning Abt zu Buch, Albert Probst zu St. Afra und der Domdechant Petrus entscheiden als vom päbstl. Stuhl delegirte Richter (No. 396) einen Streit zwischen dem Kreuzkloster und den Brüdern Heinr. u. Tymo von Wartha wegen Grundstücken in der Flur von Dobritz.

Nos B. abbas in Bvch, A. sanctae Aefrae praepositus, P. Misnensis ecclesiae decanus super iniuriis praepositi et conventus monasterii sanctae Crucis in Misna a domino papa iudices delegati ordine iudiciario observato super causa quae vertitur inter eosdem ex una parte et Heinricum de Warta et fratrem eius Tymonem ex altera occasione cuiusdam distinctionis factae super quibusdam agris et quadam silvula, testes ex parte praepositi et conventus recepimus et eos sicut decuit examinavimus. Tandem publicatis atestationibus praesentibus partibus testes concordēs in limitibus distinctionis et terminis invenimus, quare habito consilio secundum formam distinctionis ex atestationibus habitae, hanc videlicet: a trunco in rivulo qui est in pede montis usque ad truncum qui est in ascensu montis iuxta semitam ad sinistram, et ab illo usque ad finem campi per directum, abinde usque ad quendam truncum tiliae et ab illo usque ad duos truncos quercinos, ab his usque ad ornum, a quo usque ad truncum tiliae praecisum, ab inde usque ad distinctionem Petri de Cozzebvc. Quicquid est inter terminos hic expressos et villam Dvbrawitz praeposito et conventui sententialiter adiudicamus et eos in eiusdem possessionem mittimus sub anathematis interminatione districtius inhibentes ne quis ipsos in praedicta possessione audeat molestare. Testes huius rei sunt Conradus praepositus Wurcinensis, Salomon monachus in Bvch, Wigandus, Wilhelmus sanctae Crucis canonici, Vlricus scriptor, Andreas clerici; Meinherus bvregravius Misnensis, Bertoldus de Schonowe, Gvntherus de Zlowin, Godefridus de Ovlebe, Goteboldus de Borsnitz, Fridericus Ovis milites, Petrus de Cozzebvc, Volewinus de Robatsitz, Henricus de Polenze frater Vdonis, Fridericus Gvntheri filius de Zlowin, Heidenricus de Khasitz, Helewicus, Hermannus de Bvch et alii quam plures. Acta sunt haec anno incarnationis dom. M^o.CC^o.XXVIII^o. IX^o Kal. Mai.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Von den 3 an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegeln sind nur von 1 und 2 noch Bruchstücke vorhanden.

No. 399. 1233. 21. Aug.

Markgraf Heinrich eignet dem Kreuzkloster einen von Tymo und Arnold von Radeberg auf dem Landdinge zu Colm aufgelassenen Weinberg.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricvs dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis Cristi fidelibus salutem in eo qui est salus omnium. Cum attestante auctoritate hominis nichil tam sit proprium, quam quod impendit in proximum, et hoc potissimum dei remuneratione sit dignum, quod eis qui relictis